



**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Volumen ...**

Ivstitia Et, Ivs. Sex Libris totidem Tractatus appono, nempe de rerum
Dominio, de Restitutione, de Contractibus Gratuitis, de Contractibus
Onerosis, de Contractibus Fortunæ, de Contractibus Adminicularis, de
Quasi-Contractibus, & nonnullis Innominatis

Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1663

Ad Deiparentem Dominam meam Epilogus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80681](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80681)

Ad Deiparentem Dominam Meam, Epilogus.



Ibi ô Beatissima Domina meus de Iustitia & Iure Tractatus debetur, quæ nunquam non pro causis hominum iudicario Filij Tribunali assistis, fante Bernardo serm. 1. de Assump. *Maria nobis dicitur Aduocata*, quæ apud Deum salutis nostræ negotia efficaciter pertractet. Nec solum Aduocatæ officium geris, sed in tribunal te conuertere dignata es, vt fiat prorsus misericordiæ; vnde D. Bonauentura in spec. cap. 7. ait: *Maria est Consistorium, & domus causarum*. Et quia iniqua est peccatorum causa, negotia iniusta, facta e (inquit Bernardus) *negotium omnium sæculorum*, vt cum Iudex sententiam ferre moliatur, quasi negotia Matris purissimæ pertractans nos pius absoluat. Quod si in negotiationibus seu Contractibus deliquimus, Tu ô Clementissima ad nostram veniam assequendam es *Dei negotiatio*, vt Concilium Chalcedonense defin. 2. profatur. Apud cuius Tribunal *curialissima existis Regina*, vt Bernardinus ait to. 1. ser. 52. Nosti enim vndenam semper valeas ludicem ad pietatem allicere. Quod plura? Certe Ioannes Geometra vnico verbo tuam circa homines pietatem expressit, *fatus. Maria est Ius ciuile, ius dirimens lites*. Ad voluntatem enim tuam rota Cœlestis Curia componitur. Velis ô misericordiæ Regina, & lites nostræ penitus dirimentur, quia Maria Ius ipsum est, dirimens lites.

Laus Deo, Deiparæ, Iosepho, Ignatio, Antonio.

INDEX